Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ferre erat solitus uir ille qui desupra dictis sanctisq; ue prefati fuimus
enarrauit. natam fuisse sup hec sepulchra pirum arborem. & fecisse quendam
pauperem hortellum inhoc loco. Qui hanc arborem concludebat. Verum cum poma
iuxta morem tempore debito ferret. quicumq; exinde infirmus qualibet egritudi
ne detentus pomum mordicus decerpsisset. mox ablata infirmitate conua
lescebat. unde magnum questum pauper ille habebat. Sed cum se reuelantes
martyres arborem incidi iussissent. pauper ille inmagnis fletibus prum
pens incidi arborem non finebat. Quo remoto. succisa piro basilica mi
ro opere edificata est. incuius etiam altare beati genesiare latensis martyris
reliquie uenerantur tantaq; pauper ille fide prelatus est. ut sacerdotium. in
hac ecclesia deinceps promereretur. xlvii. Saturninus vero martyr
ut fertur ab apostolorum discipulis ordinatus inurbe tolosa est directus. Qui
impulsu paganorum bouis petulei religatus uestigiis per gradus capito
lii precipitatus. presentem finiuit uitam capitis conpage. dispersa. Cuius reliquie
cum a quibusdam religiosis inregionem altam transferentur itineris ordo con
tulit. ut briuatensis pagi situm inaruerno territorio terminum pretereret.
Sole quippe ruente. ad hospicium cuiusdam pauperis diuertunt. mansionis
postulando necessitatem. Recepti quoq; ab homine quid exhibebant
narrant. At ille humanitatis intuitu & dei timore commonitus. cap
sam cum reliquiis in cellam penariam ponit. ac sup annonam que erat in
uase condita locat. Mane quoq; dato. uiri acceptis pignoribus. gratias
agentes homini. iter quod ceperant abierunt. Sequenti vero nocte ad
monitur uir ille per uisum dicente sibi quodam. Sine ne maneas inhoc
loco sanctificatus est enim apignoribus martyris saturnini. Ille
quoq; paruipendens uisionem. nichil de his ut habet rusticitas.
que admonitus fuerat retractauit. Hec mora irruit intedium. ac
paruitas facultatis eius cepit paulatim minui. uxor vero illius ab alio
languore tabescere. Quid plura. infra unum annum intanta re
dactus est exiguitate. ut nichil ei unde aleri. aut tegi possit